

gloriosi intimâ, et quali paucos homines dignatur, con-  
 junctissimus, ut precibus apud te experiar, an gratificari  
 posses viris in Gallia eruditis, et in honore positis, qui  
 hoc summo per te ab illo, et a me, nimirum apud Heinsium  
 pro merito gratiore, contendunt, ut ex Bibliotheca, quam  
 Leida regis, commodatâ sibi ad paucos menses copia fiat  
 librorum Arabicorum, quos vocant Heronii Barulcon  
 et Ptolemaei Caelum: utriusque <sup>numero</sup> ~~numero~~ eorum  
 quos ex Oriente Golius noster attulit, validioris hoc  
 quidem Amstelodami interpositus, ad quaslibet pecuniae  
 summas. Vide sis, mi Amice quousque vim humani-  
 tati tuae fieri passurus sis; primum ut literis et literatis  
 faueas, deinde et meae existimationi consulas, cujus  
 hanc praecipuam partem duco, valere penes te videri  
 quod cur valeam, satis mihi conscius sum nihil causa  
 esse. Vale deus meum a  
 Tuto tuo.  
 C. H.

Raptim: 30. Junii 1638.

Tacitae clavis, Romanisque (ut apud Florum est)  
 nec Batavis usu cognitae, quam accepimus,  
 eventum nosti. si causam quavis, quidquid  
 malevoli obdrepant, hanc mihi crede praecipuam  
 fuisse, quod quibus rei administratio commissa  
 fuit, non satis illud Imperatoris apud Tacitum  
 meminerint; vobis arma et animus sit;  
 mihi consilium et virtutis vestrae regimen  
 relinquit. Sed insimul haec neque enim allegari volo.

Pontano.

(163)

noordgeest.

Turpi et infanti silentio reus, ad binas literas, quibus, cum  
 singulis muneribus, non audeo reminisci, quando me  
 compellasti, vir Doctissime, cum nec frontis mihi nec facun-  
 diae satis inuenirem, quâ te tam grandi intervallo alloqui  
 sustinerem rogari praestantissimum Collegam tuum  
 J. Revocotium, cum Hagae nuper me adiret, ut verbis quam  
 posset aptissimis ornatissimisque, infans negligentiae, cul-  
 pam diuere conaretur; quo num officio fungi meminerit  
 nondum scio. fretus tamen humanitate tua, tandem  
 te conuenire audeo, unum illud postulans, ut serueris  
 calculum ne ponas cum homine occupato, à quo, ut  
 apud

apud Senecam legisse puto (libri enim hic ad manus  
non sunt) Inter omnes constat nullam rem bene  
exerceri posse: quando distractus animus nihil  
altius repetit, sed omnia velut inculcata  
res prout. Patere igitur, ut licet sero, serio has tibi  
gratias agam; qui impertire mihi etiam secundo di-  
natus sis, pro clara conditione et ingenio tui factus. ne  
certior quidem a me factus an priores accepissem. quia  
illud causam neglectum vel dilatum fuerit, non ordi-  
dicere. Longa esset fabula, et ambages silentio molestione  
Summa est, mei me juris non esse, qui ut scio alibi scrip-  
sisse Philosophum quem jam allegavi, in alienorum  
honorum (Reipublicae nimirum) procuratione com-  
nescio. neque ullo modo paria facere valeo, cum tot  
literatis amicis, qui me pro humanitate sua frequenter  
literarum commercio exercent. Si censori inter illos vis  
quibuscum et loquendi et tacendi laxa libertate uti  
abuti audeo, jam te inter intimas numerabo, atque  
ut idem de me statuas obvisci postulabo. Vale  
Vir Doctissimus, et nunc quoque inter tot rerum non  
felicias audeam entas, sic loquentem quasi tacentem  
excusatum habes. In Castris ad B. op. Romium Idibus  
Calendis Quintil: CIOIDCXXXIX.

Salutem si commodum est Senecae multam  
a me dici cupio, facundi et vivacis ingenii viro  
quod cum spreto verborum inanijo, solis rebus  
applicet, cuius rei in Florum nuper insigne  
specimen dedit, fieri non potest, quin quod tibi  
magno se et Reipublicam profectu ornet.

Puteano.

Nood best.  
uno spiritus:

Nobilissime et summo viro

Quae de Bissexto nuper, erudite et sicut tuus est mos, argute  
commentatus eras, a Beverovicio nostro, veluti ex  
fideicommissio, ad me peruenere. Etiam si hoc tantis  
invenies pauca me amico rescripsisse, quorum ut  
in praesentia non exacte memini, sic ab illo semel  
atque ex fideicommissio item, quam a me secundo exigi  
cupiam. Libere enim, et pro candore gentis pronuncia-  
veram, quanti hunc laborem tuum aestimarem, quanti  
p. h. v. s.

(266).